Grzybkowie Petri: Ulysses academicus etc.

Cracoviae. 1651.

VLYSSES ACADEMICVS

QVI

Post tot acerbissimos labores in Vasto Philosophiæ pelago exãtlatos; in Ithacam tandem laudis rediit, fortunatus.



DVM

R. F. ALBERTVS NVCERINVS.

Ord: Can: Custod: SS. Sepul: Dñi Hierosolymitani Conuẽ: Miecho: Prof. Nec non in Alm: Acad: Crac: Art: & Phil: Bac.

Assistente sibi

Excellentissimo ac Doctissimo Domino,

D. MARTINO RADYMINSKI,

Collegâ Maiore Regio in Alma Acad: Crac: & Cursûs Vladislauiani protunc Professore

FASCIAS RATIONALIS PHILOSOPH:

Iuxta Mentem D. S.

Ex Cursu Vladislau biennali

Publicæ Clariss: & Doctiss: Hospitum Crisi in Peraugusta

D. IAGELONIS AVLA

proponeret disputandas.

à PETRO GRZYBKOWIC,

Eiusdem Cursûs Vladislauiani Auditore,

Ad Lyram Apollinis

CONCINNATVS.

CRAC. Apud Valerianum Piotkowski, A. D. 1651.

In Stẽma ãtiquissimæ Domûs:



Nobile Stemma geris Superûm veneranda Propago,
Fare precor lepido pegmate quid doceas?
Cerno Crucem, rosei rutilare nitore Pyropi,
Binam; non Aquilæ hîc, nec Leopardus adest.
Bina mihi Crux est; Binos quia porro labores
Musis signo solum, sed Pietate Polum
Ergo solo vireas, rutiles, recreêre Poloq;
Munera bina subis, præmia bina cepe.

Gabriel Ochocki,
Curs. Phil. Auditor.

Adm: Rndo in Christo Patri,

D. STANISLAO RACKI,

ORDINIS CANONICI

Custodum SS. Sepulchri D. Hierosolymitani, Conuentus Miechouiensis Vigilantissimo CVSTODI.

Dńo & Mecænati fauentissimo Author S. P. D.

SI laborioso huic Vlyßi Academico, à longinquis dißitarum orbis partium finibus, post tot acerbas certaminum Philosophicorum molestias, partim ad Ilium Validißimis Platonicarum difficultatum mænibus vndiq; circumuallatum, partim in Vasto profunditatis Aristotel: Oceano, prosperè cōsūmatas, aliū quàm Te A. R. P. Patronum adoptādū cogitauißē, grauiter admòdū peccauissē. Cum enim ille, quidquid in palæstra to hoc Philosophicarum concertationum campo, sapientiæ Templo & Pietatis Ara, Acad: Cracouie, Clypeatæ Palladis suffultus præsidio, geßit gloriosè, non solùm Tuum esse totum ducat, sed se etiā ipsum Tibi perpetuo Religionis vinculo fæderatum & concatenatum, publicè profiteatur; euidentißimum esset deliræ mentis argumentum à longè illi externa quærendo patrocinia, domestica, præterire. Tuus enim ille totus est. Quia à Te, in omnibus prælijs Academicis, totius initium habuit felicitatis. Tu illum A. R. P. a toto ì teneris Studiorum suorum cursu, insigni Tua beneuolentiâ aluisti. Tu illius, & præsentem, statum largâ liberalitate, benignitate, humanitate, foues, leuas, exornas; & Prudentâ Tuâ atq; Sapientiâ singulari, futuram felicitatem illius moderaris. Sed, quid

quid si tenella hæc plantula odoratissimū onusta fructibus in Tuū, quæuis, Hesperidum aureis scatentia pomis. aut Alcinoū, perpetuâ fructum omnigenorum copiâ luxuriantiâ, vireta superantiū pomœ- rij, educaretur campis? Ergo fructus laborum eius in alicuius alte- rius fortassè essent deportandi sinum? Minimè! Immo verò quan- amœnioribus virtutum floribus aliis antecellis, tantò plures labo- rū Academici fructus, in Tuum gremium deportandi sunt, vt ita maiorem copiam eorum nactus, & per memores dispersus fastos, linguis, calamis, & æuiternæ gloriæ encomijs perpetuò celebreris. Me- ruit enim hoc Virtus & Prudentia Tua A. R. P. singularis, meruit humanitas, liberalitas, atq; sapientia inaudita. Quod vel inde cui- libet innotescit, quòd ei Religioni, summo summorum Virorum ap- plausu, omnium bonorum gaudio, & vnanimibus animorum sen- tentijs Præfectus sis, cuius Pietatem, integritatem, & mētis Purita- tem, solis ipsius splendorem inuoluere, & fermè obscuras etiam bar- barorum mentes transcendere, atq; vbi sol desinit, ibi famam & san- ctitatem suam spargere arbitramur. Tu igitur gregis CHRISTI Vigilantissime Custos, eo, quo cætera soles, humanitatis & beneuo- lentiæ Tuæ, Vlyssem istum Academicum, amplectaris sinu tanquā certissimum submissionis, & obseruantiæ meæ, in A. R. P. V. indi- cium & argumentum.

A. R. P. Vestræ Cliens

obsquentissimus

Petrus Grzybkowic,

Cursûs Phil: Auditor.

O D E
TRICOL: TETRASTRO.

QVid Celsiores nubibus, Herculis
Crepant columnas? Quid Phrygias o-
Quid fulgidum Cræsi metallum (pes?
Stemmata quid generosa auorum?
Ægyptias quid Pyramides, manu
Factas superbâ Dædaleâ? Auream
Quid Regiam solis? Quid alta
Pergama? Quiduè sepulchra Cârũ
Insculpta fastis grammata publicis?
Sepulta torpet funere gloria
Augusti, Achillis, prociditq;
Saxeus en Rhodiûm Colossus.
Sacrata Virtus, nixa scientiæ
Expers sepulchri est: Mens pia, sæculis
Viuit, Viget, Floret, perennat
Omnibus; & superasse gaudet.
Viuunt Platones, viuit Aristides
Æquus; perennat fama Clitomachi,
Zenonis, austeramq; mentis
Temperiem, monumenta dicent
Æternâ; Quid Tu Gemma Poloniæ
Diuûm Propago, Clara MIECHOVIA
Cæleste pignus, Flos Sophorum
Filia Cunctipotentis Alma!

 Virtu-

Virtutum, Olympus quot micat igneis
Stellis, tot & Tu sydeRibus, nites,
Ganges, Nabatheumq; gemmas
Seu quot habet Tethys alta arenas,
Viros tot & Tu pectore candido
Diuorum in Album connumeras Pios,
Orbis Columna, & Dei Columba es,
Delicium Superûm perenne.
Quot MIECHOVITAS, tot Dionysios
Augustinos tot, fersq; Chrisostomos
Gemmis, fluente auroq; ab Ore
Ferrea corda hominum trahentes.
Quid ? Illa fax, lux, Ecclesiæ Dei
Cellâ LVBINSKI Præsulum in Exedrâ
GNESNENSE ? regnans ceu Monarcha,
MIECHOVIÆ veneranda proles ?
Quid ? vel Chelydros Hæresis impiæ
GEMBICIANÆ, &, gloria Fasciæ
Virtute non, Oras, propulsat
Trans Scythiæ, gelidas, ferocis ?
Quid ? sic per Orbis Climata, quo suos
Fundit micantes Sol radios, Tua
Laxat iugales, fors & vltra
Gemma Polona, sacrata virtus,
Felix es ? Ergo viue beator
Qui MIECHOVITIS associatus es,
Canoq; Tithono, seneq;
Nestore Viue, Vige, perenna!

APOSTROPHE
APOLLINIS AD MVSAS.

QVid crispâ Platani fronde sub hispidæ
Raucum Pegasei murmur ad aluei,
Caltas inter amænas
Vmbrosam salicem propè
Instillâsse iuuat, Somne, sororibus
Mollem, Thespiadũ, & Castalidum Choris
Pimplæisq;, soporem?
Quid das stertere sub dio?
Cephisi gelidis lautus in amnibus
Phæbus, pulla procul nox, caua Ditis, &,
Vix non claustra ferit lux:
Fulgentis, Tethydos mare,
Iam Solis, radijs, prominet, vndiq;
Alto & celsa petens Ida cacumine,
Flore & pulcher Hymettus.
Iam cantus philomelaq;
Siccatis calamis fundit ad æthera
Demulcens animos, âera mollia &,
Ramorumq; sub vmbris
Garrit Daulius ilmati.
Surgant Castalij, & Piery chori
Surgat, sitq; Comes Pegasidum decus
Et Nymphæ, Charitesq;
Parnassi iuga linquite.

Et quaſcunq; regit Dux Aganippidum
Vittas temporibus, velaq; mollia
Nectentes, properate.
Aptent pars ſua barbita
Solers plectra Erato voluere eburnea
Et Clio Cytharam pollice tangere
Dextro; blandiſonamq;
Pulſes Threijciam Chelym
Neruos Byſthonios inſtruat altera, &
Virtutes animi, pars, canat, Atticas
Pars, mentis decus vſq;
Cantu extollat ad æthera.
Hirſutas aliæ fronde virentium
Pinus, & Hederas, per iuga collium,
Laurus Aoniaſq;
Quærant, vndiq; pampinos.
Promant, corde melos Pierij greges
Et Pæana canant lætum Helicondes;
Pulſantes pede terram,
Et plantâ quatiant humum.
Nam veſtræ decus, & delicium Lyræ
Cultor veſter, honor, gloria veſtraq;
Laus, Lux, fama, Domûſq;
Ornamen, MIECHOVITICæ
Quem virtus, Pietas, Æthereæ Deæ,
Mentis candor, Amor, Relligio, Fides
Quem Muſæ, Chariteſq;
Ornant, arteq; Cynthius.

Acutâ, quâtiens, ingenij Exedras
Dextrè NVCERINVS, Lâce, Academicas,
Hostes, strauit, Achille.
Arte & Marte potentiùs.
Non vultu pauido, tela nocentium
Reiecitq; suas explicuit manus,
Obstantesq; cateruas
Dispersit, rationibus.
Hîc collum posuit turba Panety
Subtilisq; phalanx, SocraticæDeæ,
Cratilliq; cohortes
Milites; Platonici.
Cêu Heros validus corde Laertius
Aduersus quoties irruit impetus,
Romphæas pepulit mox,
Nodos soluere Gordios
Solers, dura sophûm mœnia cuspide
Subuertit, veluti Pergama Dardana
Thesa urisq; potitus
Natiuum repetit solum.
Nauclerus veluti, fænore diuite
Et fælix opibus, gurgite Erythreo
Quæstis; munere, onustus,
Thmoli, auroq; recondito.
Aristotelei per maris æquora
Virtute Herculeâ ferre molestias
Insomnesq; labores
Insultusq; Charybdios,


Per-

Perdoctus; gelidas cum niue grandines,
Et fossas pedibus vincere, prosperis
Æstus, atq; labores
Argutasq; sophistias,
Alter quis sociûm per pelagi freta
Vndosi Stagyritæ volitantium,
Æ quâ mente valebat
Vel quis pectore masculo?
Hic solus, redyt laudis in Ithacam,
Peremit reliquos falce nefariâ
Lex, tristis Libitinæ, &
Telis fata ferocia.
Pars hastis Ciconum, Læstrigonum ensibus
Pars, duro interijt fulmine in æquore
Trux Illos Polyphemus,
HosScylla impia surripit
In Cursûs medio, hos otia blandula
Hos Siren, reliquos Mars necat impius
Illos sæua Charibdys
immergunt Stigys aquis.
Heu! quot, trux, socios, hæc tua, turpium
Porcorum specie, in, pharmaca, poculis
Infecere, retenta:
Solis progenies fera!
Quis sperare potest, si dabit amplius
Iam Rector Superûm, vel super Orbitâ
Stans fortuna, regressum!
Fortè & non dabit amplius!

Quid si tanta Sophûm millia cerneres,
Cursûs principiò quanta videre erat!
Mentes hisce putares
Scotis, cedere Olympicas!
Stridebant Calamis tecta Galenica,
Edebant gemitus pressa sedilia,
Quæ tantos, numeraret
Solers dextra, Panetios?
Nunc quàm nauta micat rarus in æquore
Et quàm rara nitent sydera Balthico
Ponto! Proteus ecce
Qui fuît antea Socrates.
Solus magnanimè per pelagi freta
Strauit, non pauidus cuncta pericula
Et Syrtes, NVCERINVS
Et portenta Capharei,
Quem, vel Cyaneas non Nothus; in Vias
Eurus, non Boreas, non Aquilo impius
Non ipse Æolus atque
Discors Africus, impulit.
Pulchris ergo genis, præmia Laureæ
Aptentur; meruit namq; virentia
Doctus serta; Corollæ
Ornent tempora Delphicæ.
Sic fatus fidicen Doctor amabilis,
Nympharum tacuit grex Heliconidum,
Clio ast ore venusto,
Dixit verba sonantia

Præ-

Præses Piery Phæbe decus chori,
Xantho qui amne lauis luciferas comas,
Crines atq; nitentes,
Alto dum Oceano subes,
Mox tantis referet digna laboribus,
Excellens animo Vir, Stephanomata,
Pomposósq; triumphos,
Cinctus tempora diuite
Lauru; Consocians blande sonantibus
Pindi progenies, carmina, neruulis,
Et formosa Talia
Promit, mellificum melos,
Vernis Flora comes sæpta sequacibus
Narcissum, Violas, & teneras rosas
Fert, Nymphæq; Napææ
Miscent Lilia floribus,
Longas ô vtinam lux bona ferias
Ornamenq; Domûs Mirchovidvm & decus
Præstet; Relligioni, &
Tum Regno, tùm Academiæ.
Viuat donec iens explicat aureos
Fax mundi radíos, Relligio & sua,
Cunctæ corde precantur
Donecq; Oceanus fluet.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0008241